



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

De recipiendis, & obseruandis decretis Co[n]cilij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

sas, & saluas esse, in eodemque statu permanere, prout data præsens Concilium reperiebantur.

De recipiendis, & obseruandis  
Decretis Concilij.

Tanta fuit horum temporum calamitas, & hereticorum inueterata malitia, vt nihil tam clarum in fide nostra asserenda vnquam fuerit, aut tam certò statutum, quod nõ humani generis hoste suadente, illi errore aliquo contaminauerint, ea propter S. Synodus id potissimum curauit, vt præcipuos hereticorum nostri tẽporis errores damnaret, & anathematizaret: veramque & Catholicam doctrinã traderet, & doceret, prout damnauit, anathematizauit, & definiuit. Cumque tam diu tot Episcopi ex varijs Christiani orbis prouincijs euocati, sine magna gregis sibi commissi iactura, & vniuersali periculo ab ecclesijs abesse non possint. nec vlla spes restet, hereticos, toties fide etiam publica, quam desiderarunt, inuitatos, & tam diu expectatos, huc amplius aduenturos, ideoque tãdem huic sacro Concilio finem imponere necesse sit, superest nũc, vt Principes omnes, quod facit in Domino moneat ad operã suam ita prestãdã, vt quæ ab ea decreta sunt, ab hereticis deprauari, aut violari nõ permittãt; sed ab his & omnibus deuotè recipiantur, & fideliter obseruentur. Quod si in his recipiẽdis aliqua difficultas oriatur, aut aliqua inciderint, quæ, declara-

tionem, q̄ non credit, aut definitionē postulāt, præter alia remedia, in hoc Concilio instituta, confidit S. Synodus Beatiss. Romanum Pontificem curaturum, vt vel euocatis ex illis præsertim prouincijs, vnde difficultas orta fuerit; ijs, quos eidem negotio tractādo viderit expedire, vel etiā Concilij generalis celebratione, si necessarium iudicauerit, vel cōmodiore quacunq̄ ratione ei visum fuerit, prouinciarum necessitatibus pro Dei gloria, & Ecclesie tranquillitate consulatur.

De recitandis Decretis Concilij sub Paulo 3. & Iulio 3 in Sessione.

Quoniā a diuersis temporibus, tam sub fel. rec. Paulo III. quā Iulio III. multa in hoc sacro Concilio, quoad dogmata, ac morum reformationem statuta, & definita sunt; vult sancta Synodus, vt illa nunc recitentur, & legantur.

a supr.  
Sess. 5. 6.  
7. 13. & 14.

Recitata sunt.

De fine Concilij, & Confirmatione petenda à Sanctissimo Domino nostro.

Illustrissimi Domini, Reuerendissimiq̄ Patres, Placetne vobis vt ad laudem Dei omnipotentis huic sacre œcumenice Synodo sinu imponatur? & omnium, & singulorum, qui tam sub fel. rec. Paulo III. & Iulio III. quā sub sanctiss. Domino nostro Pio IV. Romanis